Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



Liber

laudabilis et faces mirabilia fo
tendisti manus tuas et deuorauit
eos terra. Dux fuisti in misericordia tua
plo quem redemisti et portasti eu
in fortitudine tua ad habitaculum
sanctum tuum. Ascenderunt populi et irati
sunt dolores obtinuerunt habita
tores philistiim. Tunc conturbati sunt
principes edom robustos moab cepit
tremor obriguerunt omnes
habitatores chanaan. Irruat super
eos formido et pauor in magnitudine
brachii tui fiant immobiles
quasi lapis donec pertranseat plus
tuus domine donec pertranseat plus
tuus iste quem possedisti. Introi
ducis eos et plantabis in monte
hereditatis tue firmissimo habita
culo tuo quod operatus es domine
sanctuarium tuum domine quod firmauerunt
manus tue dominus regnabit
in eternum et ultra. Ingressus est enim
equis pharaonis cum curribus et
equitibus eius in mare et re
duxit super eos dominus aquas mari
filii autem israhel ambulauerunt
per siccum in medio eius. Arripuit
ergo maria prophetissa soror aa
ron tympanum in manu egressaque
sunt omnes mulieres post eam cum
tympanis et choris quibus pre
cinebat dicens. Cantemus domino
gloriose enim magnificatus est equum
et ascensorem deiecit in mare
tulit autem moyses israhel de ma
ri rubro et egressi sunt in de
serto sur. Ambulauerunt ergo
diebus. p. solitudinem et non
venerunt aquam. Et venerunt in
marath nec potuerunt bibere aqs
de marra eo quod esset amare
unde et appellatum nomen loco. i. po
suit vocans illud marra. idest
amaritudinem. Et murmurauit
plus contra moysen dicens. Quid
bibemus at ille clamauit ad dm
Qui ostendit ei lignum. Quod cum
misisset in aquas in dulcedinem
versae sunt. Ibi constituit eis pre
cepta atque iudicia et ibi tempta
uit eum dicens. Si audiens audieris vocem
dni dei tui et quod rectum est
coram eo feceris et obedieris
mandatis eius custodierisque omnia
precepta illius et cerimonias
eius. Languorem quem posui in e
gypto non inducam super te. Ego
enim sum dominus saluator tuus. Ve
nerunt autem in helim ubi erant
duodecim fontes aquarum et sep
tuaginta palme et castra metati
sunt iuxta aquas. Profectique sunt
de helim et venit omnis multitudo
filiorum israhel in desertum sin quod
est inter helim et sinai. Quin
decimo die mensis secundi. Postquam
egressi sunt de terra egypti. cap. xvi.

Murmurauit omnis. 16
congregatio filiorum israhel contra
moysen et aaron in solitudine
Dixeruntque ad eos filii israhel Utinam
mortui essemus priusquam dm in terra
egypti qui sedebamus super olla carnium
et comedebamus panes in sa
turitate. Cur in deduxisti nos in deser
tum ut occideres omnem multitudinem
istam fame. Dixit autem dominus ad moysen
ecce ego pluam vobis panes de celo
Egrediatur populus et colligat quo
tidie sufficiat. Et probem eum
utrum ambulet in lege mea
an non. Die autem sexto parent
quod inferat et sit duplum quam
colligere solebat per singulos dies
Dixeruntque moyses et aaron ad omnes
filios israhel Vespere scietis quia dominus